

IOANNES LAGVS IVRECONSVLTVS INGOLSTADIENSIS.



eam scholam sua industria plurimum exornat. Anon.

Agus à pueris operam literis dedit, & felici in genio effecit, ut multarum artium & linguarū sibi usum compararit. postea quoq; Iurisprudētiæ incubuit, atq; in ea facultate uigilanti studio effecit, ut Legum Doctor omnium applausu crearetur. Itaq; factum, ut Ingolstadiensis Academię proceres eum in numerum professorum receperint, atq; publicè iura exponere iusserint. Id quod Lagus ob multarum artium cognitionem magna auditorum accessione præstítit, & sibi præclarum nomen in eo gymnasio comparauit. nam Institutio-nes iuris in ordinē redegit, atq; leges multis in locis restaurauit. In eo loco etiamnum superest, atq;